www.e-rara.ch

Monumentum instaurati patrum memoria per Helvetiam Regni Christi, et renascentis evangelii

Ökolampadius, Johannes

Basileae, [1592]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-4644

Colloquium iambicum theologiae atque lectoris, Io. Oecolampadio, theologorum principi sacrum, autore Ioan. Sapido

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Hoc agit, inſtituit, molitur, cogitat vnum,
Hoc ſimul & ſcriptis, quæ iam victricia, quamuis
Colluuies Satanæ ringatur, & omnia tentet,
Non tamen hæc liuor, nec tempus edax abolebit.

OECOLAMPADIVS DE SEIPSO, per eruditum quendam.

INDE mihi nomen, Charites: cognomen & inde
Dat domus & lampas; gratia luxq́; domi.
Gratia ſit'ne domi cum luce, videte: cucurri,
Quiſquis ades curſu, lampada trado tibi,
Hæ mea ſunt lampas Chartæ, prælucet & illis
Lampas: an ex cœlo, cernere cuiq́; licet.

COLLOQVIVM IAMBICVM THEOLOGIÆ ATQVE LECTORIS, IO. OECOLAMPADIO, THEOlogorum principi ſacrum, autore IOAN. SAPIDO.

L. *QVAE tu puella? TH. Sacra ſum Theologia.*
L. Quid accidit? quid fles? TH. Meum ſummũ decus.
L. Quod? TH. Oecolampadiũ meum, optimum virũ.
L. Cur? TH. Hunc graui trux carcinus neci dedit.
L. An non diu, quem tu virum optimum vocas,
Vixit ſatis, vel ſi nimis citò cadat?
TH. Verum quidem: ſed eius hîc nil conqueror,
Inter beatos nunc agentis cœlites,
Nactiq́; iugi laude nomen inclytum.
L. Quid ergo luges? TH. Quid? mei malum boni.
L. Quod inquis? TH. Hoc autore planè lux noua,
Qualis retrò nullis refulſit ſeculis,
Viſa eſt meis oririer myſterijs,
Qua pars mei vel ſole clarus nitet.
Sed me tenebris liberaſſet omnibus,
Ni mors eam mihi abſtuliſſet cum viro.

L. Amâbo dic, parauit arte qua? TH. *Rogas?*
Fuit vir acris & memoriæ & ingeni,
In iudicandis rebus idem præpotens,
In literis doctiſsimus trilinguibus,
Quàm maximè peritus artium omnium,
Et ſtrennuus victor laboris improbi:
His vſus eſt. L. *Aliúsne nemo idem poteſt?*
TH *Paucis habe: poſt ſe reliquit neminem,*
Nec anteceſsit vllus. L. *Ergo* TH. *Iam ſine*
Rogare. non tibi huc reſponſum venimus,
Sed lachrymis, queis me dicaui, fac abi.

EPITAPHIVM IOANNIS OECOLAMPADII.

CECROPIIS *quod antè Solon cordatus Athenis,*
Aut tibi bellipotens Sparta Lycurgus erat:
Diuinis lubeat rectè modò legibus vti,
OECOYLAMPADIVS *hoc Baſilea tibi.*
S. G.

THEODORVS BEZA.

OECOLAMPADIVS, *ſerena nuper*
Lampas, æde ſacra Dei coruſcans,
Qualis limpidiorúe, puriorúe
Vix vllis micuit lucerna ſeclis,
En mortis iacet obrutus tenebris.
At vobis malè ſit, malæ tenebræ,
Lucis munere quæ breui fruentes,
Eheu, nos miſeros homunciones,
Nocte ſic premitis tenebricoſa.
Sed benè hoc cecidit, nigræ ò tenebræ,
Quòd dum ipſam petitis, malæ, lucernam,
Laternam tamen obruiſtis vnam:
Laterna vt lateat quidem hîc ſepulta,
Ipſa ſed magis emicet lucerna.